



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 30. Comitiorum Spirensium Decreta in favorem Protestantium
promulgata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

Sæc. XVI. gantium compositione absolveretur.
A.C 1544. Pariter ibidem agebatur de discordia in-
 ter Cæsarem & Christiernum III. Da-
 niæ Regem, qui Christiernum II. Caro-
 li V. Levirum jam a longo tempore ca-
 ptivum detinebat: Verum hæc res non
 dum decidi poterat.

§. XXIX.

*Religionis negotia ad aliud tempus
remissa.*

Jam denique causarum series eo ten-
 dere videbatur, ut de Religionis ac
 fidei dissidiis ageretur: cum vero profa-
 na Principum negotia potissimum tem-
 poris partem sibi jamjam vendicassent,
 Cæsar consultum fore censebat, si ali-
 quæ causæ ad proxima remitterentur
 comitia, in quibus mense Decembri ce-
 lebrandis velut pacis induciæ usque ad
 Synodus vel generalem, vel nationa-
 lem in Germania celebrandam decer-
 nerentur.

§. XXX.

*Comitiorum Spirensium Decreta in fa-
vorem Protestantium promulgata.*

Sleid. p 515. Interea Cæsar, cum Lutheranorum fa-
Surius com. ctionem in dies numero ac potentia
Bellay l. 23. augeri cerneret, valida ab eis auxilia
 sibi pollicebatur, hinc, ut Protestantes
 Principes sibi devinciret, Decretum edi-
 dit.

Sæc. XVI.

A.C 1544.

dit, vi cuius edicti Augustani executio-
nem rursus differendam statuit, simul-
que indictis gravibus pœnis prohibuit,
ne ob Religionis diversitatem cuiquam
molestia inferretur. Præterea præcepit,
ut omnium litium decisio ad Imperii co-
mitia proxime celebranda remitteretur,
usque dum Concilium haberi posset, in-
terea vero omnes, sive Catholici sive
Protestantes, cujuscunque sint Religio-
nis, bona sua Ecclesiastica quiete possi-
deant, iisque libere fruantur, ex hisce
tamen bonis Ministri alantur, Scholæ
erigantur, ac pauperum necessitati suc-
curratur: Cameræ vero Judices locum
suum retineant usque ad tempus eis
præfixum, quo elapo prima die, qua
alias nova Judicium electio fieri consue-
verat, in hunc confessum nulla habita
Religionis ratione partim Catholici, par-
tim Lutherani in æquali numero reci-
piantur, omnesque lites maneant su-
spensæ, Anabaptistæ tamen pœnam jam
olim in eos decretam subeant. Nihilo-
minus Cæsar Magistratus hortabatur,
ut Viros doctos probosque adhibeant,
qui hosce hereticos de errore suo con-
victos ad veritatis semitam reducerent.
Placuit sumnopere hoc edictum Prote-
stantibus, qui Carolum V. tanquam Cæ-
sarem æquissimum juxta ac publicæ
quie-

Sæcul. XVI. quietis studiosissimum plenis buccis de-
A.C. 1544. prædicabant.

§. XXXI.

Catholici hoc Decreto offensi.

Sleid. p. 516. Attamen quo magis Lutheri fautores triumphare conspiciebantur, eo gravius Catholicī affligebantur, palamque hoc Decretum impugnabant, quin imo Sedis Apostolicæ Nuntius illud prorsus nullum irritumque esse declarabat: verum Imperator, cum ei Viri ad promovenda illius studia aptissimi minime deessent, Nuntio hæc in responsis dedit:
 „Validis omnino rationibus expugnatūs hæc indulsi; cum enim Luthera-
 „norum factionem Catholicis potentia plurimum prævalere cernerem, merito timebam, ne Protestantes me ad
 „pejora compellerent. De cetero in
 „hoc Decreto re ipsa nil amplius statuitur, nisi quod Religionis dissidia, eorumque decisiones ad proxima Imperii commitia remittantur. „ Hæ rationes animos sedabant Catholicorum, qui etiam Decretum, quamvis illud ceteroquin Religioni valde noxium fore censerent, consensu suo firmabant, eo quod sese Cæfaris potentiae opponere non auderent. Verum hæc agendi ratio tantopere summo Pontifici displicuit, ut sese haud continere posset, quin in amaras omni-

no